



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De visitatione Episcopi. cap. xi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

do pauperibus, non ideo pauperes amittunt ius. Sed **Pa**
 pa, vt generalis dispensator, benè potest, prout sibi melius
 videbitur, prouidere. Et **f** Episcopus malè tractans gre-
 gem suum debet expelli. cap. nisi cum pridem, de renun.
 Idem si malè versatur inquilinus in domo conductà, de-
 bet expelli. Idem dicas in vasallo, vt expellatur de feudo.
 multis enim de causis expelli potest, vt per totum tit. quæ
 fuit prima causa benefi. amitt. in vñ. feud. Idem in emphi-
 teota malè tractante rem, vt in authen. qui ref. C. de sacro
 sanct. eccles. Idem in domino malè tractante seruum. l. ij.
 ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Item in potestate **f** malè
 tractante populum, & in viro malè tractante vxorem, vt in
 c. literas. de reslitu. spolia. Idem in procuratore male tra-
 ctate facta domini, & est casus singularis in l. iij. C. de pro-
 cu. Idem de tutore, vt in l. fin. C. de admi. tuto. **f** Sed qua-
 liter intelligatur istud malè versari, dic non parū, sed mul-
 tum. Sed hoc multum, vel modicum quātum sit, commit-
 titur arbitrio iudicis secundum qualitatem, & quantita-
 tem rerum, & personarum. Item Barba. in c. propter steri-
 litatem, de locatio. Sed non sic in colono; quia dicitur me-
 dicum damnum in tali casu, quando non contingit læsio
 in dimidia parte pensionis. ita Bartol. in l. si merces. §. vi
 maior. ff. loca. & in l. si vno. §. pe. eo. tit. & in l. licet. C. loca.
 & ibi Bald. & Salicetus, & Petrus, & Cynus, & Imola. &
 Anto. in c. propter sterilitatem. & vide Ripam in tractatu
 de peste in secunda parte, colum. iij. Et vide in ista materia
 aart. & Paul. in l. cotem ferro. §. fin. de publica. Et Episco-
 pus debet aduertere in prouisione beneficiorū, quia quan-
 diu inuenitur idoneus in suo Episcopatu, non prouidebit
 extraneum; ita diuus Augustinus in sermone ad populū.
 Et videbis de hoc doct. & tex. & glo. in c. hortamur. lxxj.
 dist. & omnino vide. sed Episcopi, qui hoc non faciunt,
 Deo de eo reddent rationem.

DE VISITATIONE EPISCOPI.

Cap. XI.

SVM

S V M M A R I V M.

- 1 Visitatio diocesis per Episcopum fieri debet.
- 2 Cohortatio, seu admonitio facienda populo per Episcopum in visitatione ecclesie.
- 3 Visitanti an in v. etualibus, vel pecunia providendum sit.
- 4 Tenetur Episcopus visitando inquirere qualiter mutant populi.
- 5 Quid proponere debeat populo Episcopus in suo aduentu.
- 6 Sola Episcopos facultas data est exhibendi confirmationis sacramentum: & hoc ex diuina & Apostolica ordinatione.
- 7 Qualiter recipiendus sit Episcopus in visitatione ecclesiarum.
- 8 Quilibet habens ordinariam iurisdictionem in aliquos, visitationem facere potest: & qua sint ista persona.
- 9 Quorodo per Episcopum seruandus sit in visitatione.
- 10 Visitatio quomodo fieri debet.
- 11 Predicatio est officium cure: Et ad quem pertinet officium istud predicandi.
- 12 Episcopus virum in visitatione contra laicum de omni crimine inquirere possit.
- 13 Solus Deus est index occultorum iudiciorum.



Visitatio ¶ diocesis debet fieri per Episcopum. 1
c. si Episcopus, de officio ordina. in vj. & annis vicibus ecclesie ab Episcopis visitetur, vt in c. decernimus. x. q. j. sed ex causa visitatio potest iterari, vt in Clemen. ij. de statu monachoru. & ibi doct. Sed in valetudine grauatus Episcopus visitationis officium committit alijs, vt in c. Episcopi. x. q. j. Et ¶ visitantes Episcopi debent docere populos conuocata plebe, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, i. homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant; & vt credant resurrectionem omnium, & diem iudicii, quo vnusquisque secundum opera sua mercedem sit accepturus. Et in visitatione ministrantium vitam inquirent, vt in d. c. Episcopum. x. q. j. Interrogabunt etiam, si clerici portant habitum clericalem, & interrogabunt populum, si scit aliquid corrigendum, emendandum.

dandum, vel reformandum, vt per Specu. in tit. de inquisi-
 sit. ver. licet. Et in materia visitationis vide text. in c. inter
 cetera, de offi. ordina. & ibi dicitur, quod Episcopi, qui
 per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui supple-
 ant, quo ad prædicationem, & visitationem, & confesio-
 num audiciones. Et visitationis ordo tenendus per Archi-
 episcopum ponitur in c. j. de censib. lib. j. & in c. fin. & do-
 cto. in c. cum ex officij, de præscriptio. Et præfertur Archi-
 episcopus Episcopo in visitando, vt per docto. ibi. & vide
 3 Hostien. in c. ad aures, de temp. ordina. Sed visitanti de-
 betur procuratio in v. ctualibus, non in pecunia. cap. j. §.
 procuracionis, de censibus, in. vj. Et vide extrauagantem,
 4 Vas electionis Paulus Apostolus. Et ¶ Episcopus visita-
 do inquirat, qualiter viuant populi, vt in c. relata. & in c.
 placuit. x. quæst. j. & in c. j. de censib. lib. vj. & in c. Episco-
 pus in synodo. xxxv. q. vj. Idem est, quando delictum est
 notorium, sed nescitur, quis illud commisit: nam tunc su-
 perior facit inquisitionem generalem, Inno. in c. bonæ. il-
 j. de elect. Abbas in c. j. de offi. ordina. & ibi dicitur, quod
 Episcopus inuocat brachium seculare. Et vide in c. cum
 Apostolus, de censibus: Vbi loquitur etiam de charitati-
 uo subsidio, Sed visitatio non pertinet ad Capitulum sed
 5 vacante, Cardi. in Clemen. ij. de censibus. In ¶ visitatione
 Episcopus proponat populo causas aduentus sui, quia sa-
 cri canones, & ecclesiasticus ordo hoc fieri præcipiunt pro-
 pter multa: primo, ad absoluendas animas defunctorum,
 Secundo, vt sciat, & videat qualiter ecclesia ipsa spiritali-
 ter, & temporaliter gubernetur, quomodo se habeat in or-
 namentis, qualiter ibi ecclesiastica administrentur sacra-
 menta, & diuina officia peragantur, quale seruitium ibi
 impendatur, qualis sit vita ministrorum, & populi, Terc-
 tio, ad delicta publica punienda. Quarto, propter casus,
 qui de iure, vel consuetudine ad Episcopum dūtaxat per-
 tinere noscuntur, in quibus nullus alius se intromittere
 potest. Quinto, ad exhibendum sacramentum confirma-
 tionis, quod ¶ nullus alius, nisi solus Episcopus ex diuina
 & Apostolica ordinatione dare potest. Sexto, vt inducat
 populum ad poenitentiam, & instruat, in ecclesiasticis fa-

cre

eramentis: Et quod credant articulos fidei, monedo eos,
 vt impleant precepta legis diuinæ. † Qualiter autem Epi-
 scopus recipi debeat veniens ad visitandas parochias, vide
 in libro sacerdotali in fol. 297. Itaque † visitationem potest
 facere quilibet habens ordinariam iurisdictionem in ali-
 quos, sicut Archiepiscopus in tota prouincia. c. Romana,
 & c. perpetuo, de cens. lib. vj. & Episcopus in sua diocesi,
 de offi. ordi. c. conquerente. Item Archidiaconus, & Deca-
 nus, de cens. lib. c. cum Apostolus de offi. Archid. c. manda-
 mus. Et semel in anno tantum, nisi ex causa, potest visita-
 re. Item Abbates, & prelati religiosorum visitant mona-
 steria, & monachos secundum eorum instituta, vt in cap.
 pen. & vlt. de sta. mon. Item legati Apostolicæ sedis, & qui-
 bus committitur à Papa, vel à prelati ordinarijs, existen-
 tibus ipsis impeditis. x. q. j. c. Episcopum, de offi. ord. c. in-
 ter cetera: & eod. tit. c. si Episcopus, lib. vi. Quidam ta-
 men dicunt, inferiores Episcopos non posse per alium vi-
 sitare, consuetudine obstante, exceptis prelati religioso-
 rum, qui visitant & per alios. † Sed quem ordinem debet
 tenere visitator? Responde, quod Archiepiscopus debet
 primo propriam diocesim visitare totam incipiendo à Ca-
 pitulo suæ ecclesiæ primo, & sic tota visitata transibit ad
 alias dioceses, vt dicitur in c. Romana, de cens. lib. vj. Si-
 militer faciat Episcopus, primo incipiendo à suo Capitu-
 lo. Legati autem de latere non tenentur istum ordinem
 seruare secundum Hostien. nec visitatores religiosorum:
 sed seruabunt eorum statuta, vt dicitur in d. c. Romana. &
 ibi vide, quod illic notatur. Quomodo † autem debet fieri
 visitatio? Responde, quod debet proponere verbum
 Dei, & demum de vita, & conuersatione ministrantium in
 ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cetera,
 quæ ad officium suum spectant, inquirere, sine iura-
 mento, & coactione: sed ad eorum emendationem per sa-
 lubria cõsilia inducat lenibus, & asperis, sicut magis vide-
 bitur expedire. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia
 contra aliquem, ordinario denunciet, vt inquireat; notoria
 verò corrigere poterit, & punire, vt in d. c. Romana. Et ista
 forma est de precepto omnibus prelati ordinario iure
 visi-

visitantibus, exceptis religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis, ut in d. c. Romana. Et aduertant in visitatione prelati: reddent enim in die iudicii rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa questio Hiere. c. xiiij. vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inelytum tuum, & cetera. Hoc est enim maximum periculum hominis de factis aliterius rationem reddere, qui pro suis non sufficit. i. Reg. c. xx. Custodi virum istum, quia si lapsus fuerit, anima tua pro anima illius. Et scriptum est Lucæ xij. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Procurent etiam Episcopi, quod frequens prædicatio sit in diocesis suis.

11 c. inter cetera, de offi. ordi. quia prædicatio est officium curæ, ut per glo. in Clemen. j. de regu. & vide text. in Clemen. dudum, de sepul. Sed officium prædicandi principaliter pertinet ad Episcopum. & cum visitat diocesim, debet prædicare populis, ut c. j. de censib. in vj. & c. placuit, x. q. j. & rector ecclesiæ parochialis habet officium prædicandi in ecclesiâ sua. c. ignorantia, xxxviij. dist. & vide Panor. in d. c. inter cetera, vbi dicitur, quod prædicatio est cibis animæ; quia sicut corpus materiali cibo nutritur, ita & anima spiritali cibo reficitur. Et de visitatione, & charitativo subsidio dixi in li. de concilio. c. fi. Et dixi, quod errarent prelati, si conuerterent pœnas pecuniarias non in usus pios, sed in utilitatem propriam contra dicta doctorum in c. irrefragabili. §. ceterum, de offi. ordinarij. & in c. licet, de pœnis. Et ecclesiâ potest se intromittere in notorio crimine laici, nedum ut pœniteat, sed ut satisfaciat, ut per

12 Abbatem in c. fi. de sepul. Alium præcatum notabis in Episcopo visitante, quia inquirere potest contra laicos de omni crimine, ut per Felin. in cap. cum sit generale, de foro compet. Sed frequenter Episcopi visitent monasteria monachorum, ut in c. non semel, xvij. q. ij. & a correctione nõ appellatur. c. ad audientiam, & ibi docto. de appell. & Specu. in tit. de appell. §. in quibus: & ibi vide Balan addi. Et aduerte, quia prelatus non est iudex iudiciorum occultorum, sed solus Deus: unde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indi-

Iudicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspensiones. In quibus casibus potest praelatus eodem modo, sicut & iudex secularis, vel ecclesiasticus, exigere iuramentum de veritate dicenda. ita sanctus Tho. in secunda secunda q. xxxij. arti. vij. vbi multa de correctione fratrum. ultra docto. in c. nouit, de iudicijs.

AN LICEAT EPISCOPO MONACHUM fieri: & an monachus possit in Episcopum promoueri. Cap. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 An liceat Episcopo sine Pape consensu monachum fieri, & postea ad Episcopatum resurgere.
- 2 Quando liceat Episcopo Episcopalem curam deferere.
- 3 Nihil laboriosius est officio Episcopi: nihilq; apud Deum beatius.
- 4 Monachus utrum ad dignitatem Ecclesiasticam inuito Abbate promoueri possit.
- 5 In quibus absolutus sit Episcopus a monachali regula.
- 6 Monachus factus Episcopus a religionis suae habitum, nec non ordinis sui ritum mutare possit. & num. 8.
- 7 Commune & publicum particulari, & priuato bono, quando simul esse non possunt, preferri debet.
- 8 Nisi iusta causa extet, non debet Episcopus praeterire diem, quominus dicat, vel audiat missam.
- 9 Episcopus gaudet privilegio missam celebrandi in quocunque loco.
- 10 Non debet Episcopus aliquem promouere, qui non habet, iudicium.
- 11 Turba clericorum facit eos contemptibiles.



Orabimus, t quod non licet Episcopo monachum fieri sine consensu Papae. c. temporis. Item vij. q. j. Sed de cetero non potest ad Episcopatum resurgere, vt in c. hoc nequaquam. ea. q. & cau. cum duobus cap. seq. Sed tu dic, quod quandoque non est licitum deferre curam Episcopalem.